

Antichità romane: fonti (a.a. 2021-22)

1. Svet. *Claud.* 2: *Claudius natus est Iullo Antonio Fabio Africano cons. Kal. Aug. Luguduni eo ipso die quo primum ara ibi Augusto dedicata est, appellatusque Tiberius Claudius Drusus.*
2. Svet. *Claud.* 2.4: *Diu atque etiam post tutelam receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit; quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscumque de causis quam saevissime coaceret, ipse quodam libello conqueritur.*
3. Dio 60.2.1-2: Quanto alle capacità mentali non era inadeguato, ma sempre fin dalla giovinezza le aveva tenute in esercizio (infatti aveva anche scritto alcune opere); era invece malaticcio nel fisico, tanto che aveva un tremore alla testa e alle mani.
4. Svet. *Claud.* 2.3: *Infans autem relictus a patre ac per omne fere pueritiae atque adulescentiae tempus variis et tenacibus morbis conflictatus est, adeo ut animo simul et corpore hebetato ne progressa quidem aetate ulli publico privatoque muneri habilis existimaretur.*
5. Svet. *Claud.* 3.3: *Mater Antonia «portentum eum hominis» dictitabat, «nec absolutum a natura, sed tantum incohatum»; ac si quem socordiae argueret, «stultiorem» aiebat «filio suo Claudio».*
6. *Apoc.* 3.2: *Nemo enim umquam illum natum putavit.*
7. Svet. *Claud.* 30: *Auctoritas dignitasque formae non defuit ei, verum stanti uel sedenti ac praecipue quiescenti, nam et prolixo nec exili corpore erat et specie canitieque pulchra, opimis ceruicibus. Ceterum et ingredientem destituebant poplites minus firmi, et remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant: risus indecens, ira turpior spumante rictu, umentibus naribus, praeterea linguae titubantia caputque cum semper tum in quantulocumque actu vel maxime tremulum.*
8. *Apoc.* 5.2-4: *Nuntiatur Iovi venisse quendam bonae staturae, bene canum; nescio quid illum minari, assidue enim caput movere; pedem dextrum trahere. Quaesisse se, cuius nationis esset: respondisse nescio quid perturbato sono et voce confusa; non intellegere se linguam eius, nec Graecum esse nec Romanum nec ullius gentis notae. Tum Iuppiter Herculem, qui totum orbem terrarum pererraverat et nosse videbatur omnes nationes, iubet ire et explorare, quorum hominum esset. Tum Hercules primo aspectu sane perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra timuerit. Ut vidit novi generis faciem, insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis sed qualis esse marinis beluis solet, raucam et implicatam, putavit sibi tertium decimum laborem venisse. Diligentius intuenti visus est quasi homo.*
9. Svet. *Claud.* 31: *Valitudine sicut olim gravi, ita princeps prospera usus est excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.*
10. Tac. *Ann.* 13.3: *Nec in Claudio, quotiens meditata dissereret, elegantiam requireres.*
11. Svet. *Claud.* 2.2: *Mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato Germanici cognomen assumpsit.*
12. Svet. *Claud.* 3.4: *Avia Augusta pro despectissimo semper habuit, non affari nisi rarissime, non monere nisi acerbo et brevi scripto aut per internuntios solita.*
13. Svet. *Claud.* 3.5: *Soror Livilla cum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam et tam indignam sortem p(opuli) R(omani) palam et clare detestata est.*
14. Svet. *Claud.* 2.5: *Et togae virilis die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est.*
15. Dio 55.27.3: ... e in onore di Druso [Maggiore] [furono organizzati] giochi gladiatorii da parte di Germanico Cesare e Tiberio Claudio Nerone, suoi figli.
16. Svet. *Claud.* 2.5: *Ob hanc eandem valitudinem et gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus novo more praesedit.*
17. Dio 55.33.4: Allorché, infine, la carestia si placò, [Augusto] organizzò dei giochi nel Circo nel nome di Germanico, che era figlio di Druso [Maggiore], e in quello di suo fratello [= Claudio].

18. Svet. Claud. 26.1: *Sponsas admodum adulescens duas habuit: Aemiliam Lepidam Augusti proneptem, item Liviam Medullinam, cui et cognomen Camillae erat, e genere antiquo dictatoris Camilli. Priorem, quod parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit, posteriorem ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex valitudine amisit.*
19. Svet. Claud. 4.1-4: *"Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio [= Claudio] faciendum esset ludis Martialibus. Consentit autem uterque nostrum, semel nobis esse statuendum, quod consilium in illo sequamur. Nam si est artius, ut ita dicam, holocleros, quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulos et gradus producendus sit, per quos frater eius productus sit? Sin autem ἡλαττωσθαι sentimus eum et βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, praebenda materia deridendi et illum et nos non est hominibus τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν. Nam semper aestuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, μὴ προὔποκειμένου ἡμῖν posse arbitremur eum gerere honores necne. In praesentia tamen quibus de rebus consulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se ab Silvani filio homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit. Spectare eum circenses ex pulvinari non placet nobis; expositus enim in fronte prima spectaculorum conspicietur. In Albanum montem ire eum non placet nobis aut esse Romae Latinarum diebus. Cur enim non praeficitur urbi, si potest sequi fratrem suum in montem? Habes nostras, mea Livia, sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem et metum fluctuemur. Licebit autem, si voles, Antoniae quoque nostrae des hanc partem epistulae huius legendam".*
20. Svet. Claud. 27.1: *Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Drusum et Claudiam, ex Paetina Antoniam, ex Messalina Octaviam et quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit.*
21. Svet. Claud. 27.3: *Claudiam ex liberto suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam aliq̄ue coeptam, exponi tamen ad matris ianuam et nudam iussit abici.*
22. Svet. Claud. 4.6: *"Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream nisi, mea Livia, admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit cum declamat σαφῶς dicere quae dicenda sunt, non video".*
23. Svet. Claud. 4.12: *Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit, et reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum ac ne heredem quidem nisi inter tertios ac paene extraneos e parte sexta nuncuparet, legato quoque non amplius quam octingentorum sestertiorum prosecutus.*
24. Svet. Claud. 6.1: *Equester ordo bis patronum eum preferendae pro se legationis elegit, semel cum deportandum Romam corpus Augusti umeris suis ab consulibus exposceret, iterum cum oppressum Seianum apud eosdem gratularetur; quin et spectaculis adveniēti assurgere et lacernas deponere solebat.*
25. Tac. Ann. 1.54: *Idem annus novas caerimonias accepit addito sodalium Augustalium sacerdotio, ut quondam Titus Tattius retinendis Sabinorum sacris sodalis Titios instituerat. sorte ducti e primoribus civitatis unus et viginti: Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur.*
26. Svet. Claud. 6.3: *Senatus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adiceretur, censuit...*
27. Svet. Claud. 3.1: *Disciplinis tamen liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam publicavit.*
28. Tac. Ann. 13.3: *Liberalium quoque artium commemoratio et nihil regente eo triste rei publicae ab externis accidisse pronis animis audita.*
29. Svet. Claud. 41.1, 3-4: *Historiam in adulescentia hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavio etiam adiuvante, scribere adgressus est... In principatu quoque et scripsit plurimum et assidue recitavit*

- per lectorem. Initium autem sumpsit historiae post caedem Caesaris dictatoris, sed et transiit ad inferiora tempora coepitque a pace civili, cum sentiret neque libere neque uere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus saepe et a matre et ab avia. Prioris materiae duo volumina, posterioris unum et quadraginta reliquit.*
30. Svet. Claud. 41.5: *Composuit et "de vita sua" octo volumina, magis inepte quam ineleganter.*
31. Svet. Claud. 42.5: *Denique et Graecas scripsit historias, Tyrrhenicon viginti, Carchedoniacon octo. Quarum causa veteri Alexandriae Musio additum ex ipsius nomine novum; institutumque ut quotannis in altero Tyrrhenicon libri, in altero Carchedoniacon diebus statutis velut in auditorio recitarentur toti a singulis per vices.*
32. Svet. Claud. 41.5: *item "Ciceronis defensionem adversus Asini Galli libros" satis eruditam (composuit).*
33. Svet. Claud. 41.6: *Novas etiam commentus est litteras tres ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit; de quarum ratione cum privatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter optinuit ut in usu quoque promiscuo essent. Extat talis scriptura in plerisque libris ac diurnis titulisque operum.*
34. Svet. Claud. 33.5: *Aleam studiosissime lusit, de cuius arte librum quoque emisit, solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alveoque adaptatis ne lusus confunderetur.*
35. Svet. Claud. 5.1-2: *Tiberius patruus petenti honores consularia ornamenta detulit. sed instantius legitimos flagitanti id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillaria misisse ei. Tunc demum abiecta spe dignitatis ad otium concessit, modo in hortis et suburbana domo, modo in Campaniae secessu delitescens, atque ex contubernio sordidissimorum hominum super veterem segnitiae notam ebrietatis quoque et aleae infamiam subiit.*
36. Dio 60.6.1: *Viveva a Neapolis come un cittadino del tutto ordinario.*
37. Svet. Claud. 6.3: *... et mox (senatus censuit) ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendaeque inter consulares sententiae ius esset. Quod decretum abolitum est, excusante Tiberio imbecillitatem eius ac damnum liberalitate sua resarsurum pollicente.*
38. Tac. Ann. 3.2.3: *Drusus Tarracinam progressus est cum Claudio fratre liberisque Germanici, qui in urbe fuerant.*
39. CIL VI, 40348: *Sopracquee eum ianum statua Ger[manici Caesaris poneretur] in curru triumphali et circa latere eius statuae D[rusi Germanici patris ei]us naturalis fratris Ti. Caesaris Aug. et Antoniae matris ei[us et Agrippinae uxoris et Li]viae sororis et Ti. Germanici fratris eius et filiorum et fi[liarum eius] ...*
40. Tac. Ann. 2.71.1: *Referatis patri ac fratri quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumventus, miserrimam vitam pessima morte finierim.*
41. Sen., Cons. ad Polyb., 16.3: *Sed ut omnia alia exempla praeteream, ut in me quoque ipso alia taceam funera, bis me fraterno luctu aggressa fortuna est, bis intellexit laedi me posse, vinci non posse: amisi Germanicum fratrem, quem quomodo amaverim, intellegit profecto quisquis cogitat, quomodo suos fratres pii fratres ament; sic tamen affectum meum rexi, ut nec relinquerem quicquam, quod exigere deberet a bono fratre, nec facerem, quod reprehendi posset in principe.*
42. Tac. Ann. 3.18.3: *Addiderat Messalinus Tiberio et Augustae et Antoniae et Agrippinae Drusoque ob vindictam Germanici gratias agendas omiseratque Claudii mentionem. et Messalinum quidem L. Asprenas senatu coram percontatus est an prudens praeterisset; ac tum demum nomen Claudii adscriptum est.*
43. Tac. Ann. 3.29.3-4: *Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis et Iuliae Drusi filiae. Utque haec secundo rumore, ita adversis animis acceptum quod filio Claudii socer Seianus destinaretur. Polluisse nobilitatem familiae videbatur suspectumque iam nimiae spei Seianum ultra extulisse.*

44. Svet. *Claud.* 27.1: *Drusum Pompei impuberem amisit piro per lusum in sublime iactato et hiatu oris excepto strangulatum, cum ei ante paucos dies filiam Seiani despondisset.*
45. Svet. *Claud.* 26.2: *Uxores deinde duxit Plautiam Vrgulanillam triumphali et mox Aeliam Paetinam consulari patre. Cum utraque diuortium fecit, sed cum Paetina ex levibus offensis, cum Vrgulanilla ob libidinum probra et homicidii suspicionem.*
46. Dio 58.11.6-7: Sua moglie Apicata non fu condannata, certo, ma dopo aver appreso che i suoi figli erano morti, e dopo aver visto i loro corpi sulle *Scalae Gemoniae*, si ritirò e compose una dichiarazione riguardante la morte di Druso, diretta contro Livilla, sua moglie, che era stata causa della lite tra lei e suo marito, da cui era venuta la loro separazione; poi, dopo aver inviato questo documento a Tiberio, si uccise. Fu in questo modo che Tiberio venne a leggere la sua dichiarazione; e quando ebbe ottenuto la prova delle informazioni che vi si trovavano, mise a morte Livilla e tutti gli altri che vi erano menzionati. Ho per la verità sentito dire che risparmiò Livilla per rispetto della madre Antonia e che Antonia stessa di sua iniziativa uccise la figlia facendola morire di fame.
47. Svet. *Claud.* 6.2: *Qui tamen moriens et in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertium vicies prosecutus, commendavit insuper exercitibus ac senatui populoque R. inter ceteras necessitudines nominatim.*
48. Dio 59.6.5-6: Fu votato che [Gaio] sarebbe diventato console immediatamente con la rimozione di Proculo e Nigrino, che allora ricoprivano l'incarico, e che in seguito sarebbe diventato console ogni anno. Non accettò però queste proposte, ma dopo che quelli completarono il mandato di sei mesi per il quale erano stati nominati, quindi divenne lui stesso console, prendendo lo zio Claudio come collega. Questi, infatti, che fino ad allora era appartenuto ai cavalieri e che dopo la morte di Tiberio era stato mandato come inviato a Gaio a nome dell'ordine, ora per la prima volta, sebbene avesse quarantasei anni, divenne console e senatore nello stesso tempo.
49. Svet. *Claud.* 7: *Sub Gaio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente honores auspicatus consulatum gessit una per duos menses, evenitque ut primitus ingredienti cum fascibus Forum praetervolans aquila dexteriore umero consideret. Sortitus est et de altero consulatu in quartum annum; praeseditque nonnumquam spectaculis in Gai vicem, adclamante populo: "Feliciter" partim "patruo imperatoris" partim "Germanici fratri!"*
50. Dio 59.6.7: Sembrò dunque che Gaio facesse tutte queste cose in modo soddisfacente, e in armonia con questo pronunciò un discorso in senato iniziando il consolato in cui denunciava Tiberio per ognuno dei crimini di cui era comunemente accusato e faceva molte promesse su di sé, tanto che il senato, temendo che potesse cambiare idea, emanò un *senatusconsultum* che (prescriveva) che questo (discorso) fosse letto ogni anno.
51. Svet. *Claud.* 26.4: *Post has Valeriam Messalinam, [M. Valeri] Barbati Messalae consobrini sui filiam, in matrimonium accepit.*
52. *ELSard*, p. 581, B2 = EDR075145: *Lyde Ti(beri) Germanici <:serva> / vixit annos XX. / Secundio conservos (:conservus) / eecit(:fecit).*
53. *CIL* XII, 1026: *Iuliae Drusillae / German(ici) Caesar(is) f(iliae) / [T]i[b]erius parenti num(inis) / honore delato [pos(uit)].*
54. Svet. *Claud.* 9.1-5: *Primum in ipso consulatu, quod Neronis et Drusi fratrum Caesaris statuas segnius locandas ponendasque curasset, paene honore summotus est. Cum vero detecta esset Lepidi et Gaetulici coniuratio, missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum etiam vitae periculum adiit, indignante ac fremente Gaio patruum potissimum ad se missum quasi ad puerum regendum, adeo ut non defuerint, qui traderent praecipitatum quoque in flumen, sic ut vestitus advenerat. Atque ex eo numquam non in senatu novissimum consularium sententiam dixit, ignominiae causa post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo et ipse signaverat.*

55. Svet. *Claud.* 38.5: *Ac ne stultitiam quidem suam reticuit simulatamque a se ex industria sub Gaio, quod aliter evasurus perventurusque ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est.*
56. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.20: Viniciano prese l'iniziativa per vendicare la morte di Lepido, che era stato suo grande amico e cittadino tra i più ragguardevoli, e che Gaio aveva fatto uccidere: temeva inoltre per sé stesso, poiché Gaio usava scatenare contro tutti, con una certa indifferenza, la sua ira mortale.
57. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19. 64-69: [Callisto] aveva inoltre molte altre ragioni per ritenersi in pericolo, e la vastità delle sue ricchezze non era una delle meno importanti; per questo motivo si ingraziò privatamente Claudio e gli trasferì le sue attenzioni, con la speranza che, nel caso in cui, dopo la destituzione di Gaio, il governo fosse passato a lui, il suo interessamento per tali cambiamenti avrebbe gettato le basi per la conservazione della sua dignità sotto di lui, dato che si era creato in anticipo una riserva di meriti e aveva servito bene Claudio nel suo avanzamento di status. Ebbe anche l'audacia di fingere di essere stato persuaso a sbarazzarsi di Claudio, avvelenandolo, ma di aver inventato diecimila scuse per prendere tempo. Ma mi sembra probabile che Callisto abbia inventato tutto solo per ingraziarsi Claudio; infatti, se Gaio fosse stato seriamente deciso a eliminare Claudio, non avrebbe ammesso le scuse di Callisto. Né Callisto, se gli fosse stato ordinato di compiere un atto come quello voluto da Gaio, lo avrebbe rimandato; né se avesse disobbedito agli ordini del suo padrone, sarebbe sfuggito alla punizione immediata; mentre Claudio fu salvato dalla follia di Gaio da una certa provvidenza divina, e Callisto pretese meriti che non gli spettavano.
58. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.102: Avevano preceduto Caligola lo zio Claudio, Marco Vinicio, marito della sorella dell'imperatore, e Valerio Asiatico.
59. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.166: Ai consoli era noto che Claudio «era stato preso in consegna dai pretoriani e che gli sarebbe stato attribuito il potere in apparenza contro sua voglia, ma in effetti con piena determinazione».
60. Svet. *Claud.* 10.1-3: *Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Gai, cum quasi secretum eo desiderante turbam submoverent, in diaetam, cui nomen est Hermaeum, recesserat; neque multo post rumore caedis exterritus prorepsit ad solarium proximum interque praetenta foribus vela se abdidit. Latentem discurrens forte gregarius miles, animadversis pedibus, studio sciscitandi quisnam esset, agnovit extractumque et prae metu ad genua sibi accidentem imperatorem salutavit. Hinc ad alios commilitones fluctuantis nec quicquam adhuc quam frementis perduxit. Ab his lecticae impositus et, quia sui diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est tristis ac trepidus, miserante obvia turba quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra vallum inter excubias militum pernoctavit, aliquanto minore spe quam fiducia. Nam consules cum senatu et cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occupaverant asserturi communem libertatem; accitusque et ipse per tr. pl. in curiam ad suadenda quae viderentur, vi se et necessitate teneri respondit.*
61. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.185: E quindi Trebellio Massimo si alzò in fretta e tolse dal dito di *Sentius* [*Satuninus*] un anello, che aveva una pietra, con l'immagine di Gaio intagliata su di esso ... che aveva dimenticato di togliersi.
62. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.229-233: Ma quando il Senato venne a sapere che Claudio era stato portato nell'accampamento dai soldati, inviarono da lui quelli tra loro che avevano il miglior carattere per le loro virtù, per informarlo di non fare nulla con la violenza, al fine di ottenere il governo. che lui, che era una sola persona, ... avrebbe dovuto cedere al senato ...; che avrebbe dovuto lasciare che la legge si prendesse cura di tutto ciò che riguardava l'ordine pubblico e che ricordasse quanto i precedenti tiranni avessero tormentato la loro città e a quali pericoli sia lui sia loro fossero scampati sotto Gaio. ... che se si fosse uniformato a loro e avesse dimostrato che la sua ferma

decisione era quella di vivere in pace e virtuosamente, gli sarebbero stati decretati i più grandi onori che un popolo libero potesse concedere. ... ma che se avesse agito in modo sciocco e non avesse appreso niente di saggio dalla morte di Gaio, non gli avrebbero permesso di andare avanti; che una gran parte dell'esercito stava dalla loro parte, con una grande quantità di armi e un gran numero di schiavi, di cui avrebbero potuto servirsi.

63. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.236-245: Ora Claudio, per quanto non fosse insensibile ai modi insolenti del Senato ... per il momento si comportò con moderazione. ... Perciò fu incoraggiato [a rivendicare il governo] in parte dall'audacia dei soldati, e in parte dalla persuasione del re Agrippa, che lo esortò a non lasciare che un tale dominio gli sfuggisse di mano ... [Agrippa] abbracciò il corpo di Gaio dopo la sua morte, lo posò su un letto e lo coprì come meglio poté; uscì dalle guardie e disse loro che Gaio era ancora vivo; ma disse che avrebbero dovuto chiamare i medici, poiché era ferito gravemente. Quando però venne a sapere che Claudio era stato portato via con violenza dai soldati, si precipitò tra la folla verso di lui, e quando lo scoprì in disordine e pronto a cedere il governo al Senato, lo incoraggiò e desiderò che lui mantenesse il governo. ...
64. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.245: Agrippa ... informò privatamente Claudio del disordine in cui si trovava il Senato, e gli diede istruzioni di rispondere in modo autorevole e come uno investito di dignità e autorità.
65. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.246: Quindi Claudio disse agli ambasciatori che non si meravigliava che il Senato non gradisse di doversi sottomettere, dato che i senatori erano stati crudelmente oppressi dai precedenti imperatori; ma con lui avrebbero goduto della convenienza di tempi favorevoli, poiché solo di nome egli avrebbe detenuto il potere, che di fatto sarebbe stato comune con tutti loro.
66. Svet. *Claud.* 10.4: *Verum postero die et senatu seigniore in exsequendis conatibus per taedium ac dissensionem diversa censentium et multitudine, quae circumstabat, unum rectorem iam et nominatim exposcente, [Claudius] armatos pro contione iurare in nomen suum passus est promisitque singulis quina dena sestertia, primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus.*
67. Flav. Ios., *Ant. Iud.*, 19.252: [Annio Viniciano disse che] ci sarebbe stato un massacro non inferiore a nessun altro se a questi uomini che desideravano il potere fosse stato dato il permesso di opporsi a Claudio.
68. Dio 60.4: Poi alla fine anche loro cedettero e gli attribuirono tutti i restanti poteri relativi alla carica che egli stava per assumere.
69. Svet. *Claud.* 11.1: *Imperio stabilito nihil antiquius duxit quam id biduum, quo de mutando rei p(ublicae) statu haesitatum erat, memoriae eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam et oblivionem in perpetuum sanxit ac praestitit, tribunis modo ac centurionibus paucis e coniuratorum in Gaium numero interemptis, exempli simul causa et quod suam quoque caedem depoposcisse cognoverat.*
70. Svet. *Claud.* 11.3: *Gai quoque etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos referri.*
71. Dio, 60.4.5-6: Eppure, quando il senato volle disonorare Gaio, impedì personalmente il passaggio del provvedimento, ma sotto la sua responsabilità fece sparire di notte tutte le immagini del suo predecessore. Quindi il nome di Gaio non compare nell'elenco degli imperatori che menzioniamo nei nostri giuramenti e preghiere, non più di quello di Tiberio; e tuttavia nessuno di loro ha subito la disgrazia per decreto ufficiale.

72. Dio, 60.3.5: Per quanto riguarda gli altri, tuttavia, che avevano apertamente mostrato il loro desiderio di una democrazia (= repubblica) o erano stati considerati idonei al trono, Claudio, lungi dal portare rancore verso di loro, in realtà conferì loro onori e magistrature.
73. Svet. *Claud.* 12.1: *At in semet augendo parcus atque civilis praenomine Imperatoris abstinuit, nimios honores recusavit, sponsalia filiae natalemque geniti nepotis silentio ac tantum domestica religione transegit.*
74. Dio, 60.5.1-2: Concesse al padre Druso e alla madre Antonia dei giochi nel Circo in occasione dei loro compleanni ... Non solo onorò la nonna Livia con gare equestri, ma la divinizzò; e pose una sua statua nel tempio di Augusto, incaricando le vergini vestali del compito di offrirle sacrifici appropriati, e ordinò che le donne usassero il suo nome per prestare giuramento.
75. Svet. *Claud.* 11.2-3: *Aviae Liviae divinos honores et circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curavit; parentibus inferias publicas, et hoc amplius patri circenses annuos natali die, matri carpentum, quo per Circum duceretur, et cognomen Augustae ab viva recusatum. At in fratris memoriam per omnem occasionem celebratam comoediam quoque Graecam Neapolitano certamine docuit ac de sententia iudicum coronavit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit, testatus quondam per edictum, tanto impensius petere se ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset et avi sui Antoni. Tiberio marmoreum arcum iuxta Pompei theatrum, decretum quidem olim a senatu verum omisum, peregit. Gai quoque etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos referri.*
76. Svet. *Claud.* 12.1: *Neminem exulum nisi ex senatus auctoritate restituit.*
77. Svet. *Claud.* 12.2: *Cognitionibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit; eosdem spectacula edentis surgens et ipse cum cetera turba voce ac manu veneratus est.*
78. Dio, 60.8.5: Quest'ultima [Messalina] si adirò contro sua nipote Giulia [Livilla] perché non le rendeva onore né la adulava; e ne era poi gelosa perché la ragazza era estremamente bella e spesso rimaneva sola con Claudio. Di conseguenza, si assicurò il suo esilio, architettando varie accuse contro di lei, tra cui quella di adulterio (per cui fu esiliato anche Anneo Seneca).
79. Dio, 60.12.4: Nel primo anniversario del giorno in cui era stato dichiarato imperatore non fece niente di straordinario, tranne dare ai pretoriani cento sesterzi, cosa che ripeté ogni anno in seguito.
80. Dio, 60.7.4: Ma Claudio riservò ai senatori la sezione che ancora appartiene a loro ... Dopo questo organizzò un banchetto per i senatori e le loro mogli, i cavalieri e anche le tribù.
81. Fl. Jos. *Ant. Jud.* 19.284-285: Voglio quindi che la nazione degli Ebrei non sia privata dei suoi diritti e privilegi, a causa della follia di Gaio; ma che quei diritti e privilegi di cui godevano in precedenza siano loro preservati e che possano continuare nelle loro abitudini. E incarico entrambe le parti di prestare la massima attenzione affinché non sorgano problemi dopo la promulgazione di questo editto
82. Fl. Jos. *Ant. Jud.* 19.289-290: Sarà quindi opportuno consentire agli Ebrei, che sono in tutto il mondo sotto il nostro potere, di mantenere le loro antiche usanze senza essere ostacolati nel farlo. E li incarico anche di usare con moderazione di questa mia gentilezza nei loro confronti, e di non mostrare disprezzo per le osservanze superstiziose di altre nazioni, ma di osservare solo le proprie leggi.
83. Dio 60.6.6: Quanto agli Ebrei, che erano di nuovo aumentati così tanto che, a causa della loro moltitudine, sarebbe stato difficile allontanarli dalla città senza sollevare un tumulto, non li scacciò, ma ordinò loro di non tenere riunioni, pur potendo continuare il loro modo di vita tradizionale.

84. Svet. *Claud.* 25.5: *Druidarum religionem apud Gallos dirae immanitatis et tantum civibus sub Augusto interdictam penitus abolevit.*
85. Svet. *Claud.* 12.3-4: *Quare in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit, ut cum profectum eum Ostiam perisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus et militem quasi proditorem et senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter et mox plures a magistratibus in rostra producti salvum et appropinquare confirmarent.*
86. Svet. *Claud.* 13.1: *Nec tamen expers insidiarum usque quaque permansit, sed et a singulis et per factionem et denique civili bello infestatus est.*
87. Dio 60.15.1, 3: Così [C. Appio Giunio] Silano morì a causa di un semplice sogno. Dopo la sua morte i Romani non nutrono più buone speranze su Claudio, e Annio Viniciano con alcuni altri organizzò subito un complotto contro di lui. ... Quando Annio [Viniciano] giunse a questo punto, molti senatori e cavalieri passarono dalla sua parte ... ma (senatori e cavalieri) non furono di alcun aiuto, perché i soldati, nel momento in cui Camillo [Scriboniano] offrì loro la speranza di vedere la Repubblica restaurata e promise di restituire loro l'antica libertà, sospettarono che ne avrebbero ricavato ancora una volta problemi e conflitti, e quindi non gli diedero più ascolto. A questo punto [Camillo Scriboniano] si spaventò e fuggì da loro, e giunto all'isola di Issa si tolse la vita.
88. Svet. *Claud.* 35.2: *Motu civili cum eum Camillus [Scribonianus], non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosa et minaci et contumaci epistula cedere imperio iuberet vitamque otiosam in privata re agere, dubitavit adhibitis principibus viris an optemperaret.*
89. Dio 60.17.3-4: Ridusse i Lici in schiavitù perché si erano ribellati e avevano ucciso alcuni Romani, e li inserì nel distretto (= provincia?) della Panfilia. Nel corso dell'esame di questa vicenda condotto in Senato rivolse una domanda in latino a uno dei legati, un Licio che era divenuto cittadino romano; e poiché questi non riusciva a capire ciò che veniva detto, lo privò della cittadinanza, dicendo che non era opportuno che fosse Romano uno che non conosceva la loro lingua.
90. Svet. *Claud.* 17.1: *Expeditionem unam omnino suscepit eamque modicam.*
91. Dio 60.19.2-3: E così [Aulo] Plauzio, posto al comando, ebbe difficoltà a condurre l'esercito oltre la Gallia. [I soldati] infatti erano indignati perché avrebbero combattuto oltre i limiti del mondo conosciuto (o civilizzato) e non gli prestarono obbedienza finché Narcisso, inviato da Claudio, non salì sul *tribunal* di Plauzio e iniziò a rivolgergli un discorso. In quel momento, infatti, adiratisi molto di più per questo fatto non permisero a quello [= a Narcisso] di dire una parola, ma improvvisamente gridarono tutti insieme il famoso grido, "*Io Saturnalia*" (poiché nella festa di Saturno gli schiavi festeggiano indossando l'abito dei padroni); e subito seguirono Plauzio di loro volontà. Il fatto, tuttavia, causò la partenza nella stagione avanzata.
92. Dio 60.19.4: Furono mandati (divisi) in tre parti, in modo da non essere ostacolati nello sbarco, come poteva accadere a una sola forza, e mentre facevano la traversata inizialmente si scoraggiarono perché furono ricacciati indietro nella rotta; poi però si fecero coraggio perché una luce sorta da oriente corse nel cielo verso ovest, nella direzione verso cui stavano navigando. Così essi sbarcarono senza che nessuno li contrastasse.
93. Eutr. 7.13.2: *Britannis intulit bellum, quam nullus Romanorum post C. Caesarem attigerat, eaque devicta per Cn. Sentium et A. Plautium, inlustres ac nobiles viros, triumphum celebrem egit.*
94. Dio 60.19.5: I Britanni, infatti, poiché non si aspettavano, in base a quanto erano venuti a sapere, che (i Romani) sarebbero venuti, non si erano preventivamente riuniti (per fronteggiarli). E neppure allora si avvicinarono ai Romani, ma si rifugiarono nelle paludi e nelle foreste, sperando che essi si logorassero inutilmente, in modo che, come era capitato all'epoca di Giulio Cesare, tornassero indietro senza aver concluso nulla.

95. Dio 60.20.1-2: Plauzio, quindi, ebbe molte difficoltà nel cercarli; ma dopo che finalmente li ebbe trovati, dapprima sconfisse Carataco e poi Togidumno, figli di Cinobellino; questi infatti era morto. Dopo la loro fuga, egli soggiogò una parte dei Bodunni (= Dobunni?), che era sotto il controllo dei Catuvellauni; e dopo avervi lasciato una guarnigione, procedette oltre.
96. Dio 60.20.2-4: Come (i Romani) arrivarono presso un fiume, i barbari pensarono che essi non sarebbero riusciti ad attraversarlo in mancanza di un ponte e per questo si misero a bivaccare in modo poco accurato sulla riva opposta; tuttavia, [Plauzio] mandò dei (soldati) Celti (= Germani) abituati a nuotare senza difficoltà armati di tutto punto attraverso le acque più turbolente. [Plauzio] inviò quindi Flavio Vespasiano (che in seguito divenne imperatore) e suo fratello Sabino, che combatteva ai suoi ordini. E così, dopo che anche loro attraversarono il fiume in qualche modo, uccisero molti barbari, prendendoli di sorpresa. I sopravvissuti tuttavia non scapparono, ma il giorno dopo attaccarono nuovamente e la battaglia rimase incerta finché Gaio Osidio Geta, dopo aver rischiato di essere fatto prigioniero, riuscì a sconfiggere i barbari al punto che ricevette gli *ornamenta triumphalia*, anche se non era ancora di rango consolare.
97. Dio 60.20.5-6: Da qui i Britanni si ritirarono sul fiume Tamigi in un punto in cui sfocia nell'Oceano ... ma i Romani nel tentativo di seguirli non ebbero altrettanto successo. Tuttavia, i Celti (= Germani) attraversarono di nuovo a nuoto (il fiume) e alcuni altri riuscirono a passare su un ponte un po' più a monte, dopo di che attaccarono i barbari da più parti contemporaneamente e ne abbatterono molti. Nell'inseguimento dei rimanenti (i Romani) finirono però incautamente in paludi da cui era difficile uscire, e così persero un certo numero di uomini.
98. Dio 60.21.1-2: Poco dopo Togidumno morì, ma i Britanni, lungi dal cedere, si unirono ancora più fermamente per vendicarne la morte. Per questo motivo e per le difficoltà che aveva incontrato presso il Tamigi, Plauzio ebbe paura e invece di procedere nell'avanzata, si diede a guardia di ciò che aveva già conquistato e mandò a chiamare Claudio. Infatti, gli erano state date istruzioni di fare questo nel caso in cui avesse incontrato una resistenza particolarmente ostinata e, del resto, un vasto equipaggiamento, comprendente anche elefanti, era già stato messo insieme per la spedizione.
99. Dio 60.21.4-5: Assunto il comando di questi (= dell'esercito), attraversò il fiume (= il Tamigi) e avendo ingaggiato (in combattimento) i barbari, che si erano radunati al suo avvicinarsi, li sconfisse e prese *Camulodunum*, la capitale di Cinobellino. Quindi sconfisse numerose tribù, in alcuni casi ottenendone la resa, in altri con la forza, e fu più volte salutato *imperator*, contrariamente agli usi; nessuno, infatti, può ricevere questo titolo più di una volta per la stessa guerra. Privò i vinti delle loro armi e le consegnò a Plauzio, ordinandogli di soggiogare anche il resto del paese. A questo punto Claudio si affrettò a tornare a Roma, mandando avanti la notizia della sua vittoria per mezzo dei generi (Cn. Pompeo) Magno e (L. Giunio) Silano.
100. Svet. *Claud.* 17.2: ... [*Claudius*] *sine ullo proelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam rediit triumphavitque maximo apparatu.*
101. Dio 60.23.1: In seguito, quando Gaio (Sallustio) Crispo (Passieno) e Tito Statilio (Tauro) rivestirono il consolato (il primo per la seconda volta) [= genn.- febb. 44 d.C.], Claudio giunse a Roma dopo un'assenza di sei mesi, (nel corso) dei quali aveva trascorso solo sedici giorni in Britannia, e celebrò il suo trionfo.
102. Plin. *Nat. Hist.* 3.119: ... *qua Claudius Caesar e Britannia triumphans praegrandi illa domo verius quam nave intravit Hadriam.*
103. Svet. *Vit.* 2.4: *Curam quoque imperii sustinuit absente eo [= Claudio] expeditione Britannica.*
104. Tac. *Hist.* 1.52.4: ... *Vitellio tris patris consulatus, censuram, collegium Caesaris ...*

105. Svet. *Vesp.* 4.1: *Claudio principe Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est; inde in Britanniam translatus tricies cum hoste confligit. Duas ualidissimas gentes superque uiginti oppida et insulam Vectem Britanniae proximam in dicionem redegit partim Auli Plauti legati consularis partim Claudii ipsius ductu.*
106. CIL VI, 920 = 31203 = 40416 = EDR092880: *Ti(berio) Clau[di]o Drusi f(ilio) Cai[s]ari (:Caesari) / Augu[sto] Germani[co], / pontific[i] maxim(o), trib(unicia) potes[tat(e)] XI, / co(n)s(uli) V, im[p(eratori)] XXII (?), cens(ori), patri pa[tr]i(i) (:patriae), / senatus po[pulusque] Ro[manus], q[uo]d / reges Brit[annorum] XI d[ie]bus paucis sine / ulla iactur[a] devicerit et regna eorum / gentesque b[arbaras] trans Oceanum sitas / primus in dici[onem] populi Romani redegerit].*
107. CIL V, 5050 = ZPE 2018, pp. 247-248 = EDR137898, ll. 29-37: «Permetto che per mia concessione essi permangano nella condizione giuridica che reputavano di possedere, ancor più volentieri perché si dice che molti di quella stirpe di uomini militino persino nel mio pretorio, e che alcuni addirittura siano stati ufficiali della truppa, e che certuni inseriti nelle decurie a Roma vi facciano i giudici. Accordo loro tale beneficio, sicché qualunque negozio essi abbiano concluso o qualunque atto abbiano intrapreso come se fossero stati cittadini romani, fra di loro, con i Tridentini o con altri, ordino che venga ratificato; e i nomi da cittadini romani che avevano adottato in precedenza, permetto loro di mantenerli» (Trad. D. Faoro).
108. *Apoc.* 3.3.: *Constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos togatos videre.*
109. Dio 60.27.1-2: Alla fine di quell'anno [45 d.C.] Valerio Asiatico e Marco [Giunio] Silano divennero consoli, il primo per la seconda volta. Silano restò in carica per il periodo per il quale era stato eletto; ma Asiatico, sebbene (fosse stato) scelto per servire per tutto l'anno ... non terminò il suo mandato, ma lasciò la carica volontariamente ... Asiatico, tuttavia, si dimise proprio a causa della sua ricchezza, che determinò anche la sua rovina.
110. Tac. *Ann.* 11.1-3: * * * *[Messalina] nam Valerium Asiaticum, bis consulem, fuisse quondam adulterum eius [= Poppea Sabina] credit, pariterque hortis inhians, quos ille a Lucullo cooptos insigni magnificentia extollebat, [Publium] Suillum [Rufum] accusandis utrisque immittit. Adiungitur Sosibius Britannici educator qui per speciem benevolentiae moneret Claudium cavere vim atque opes principibus infensas ... clarum ex eo in urbe, didita per provincias fama parare iter ad Germanicos exercitus, quando genitus Vienna multisque et validis propinquitatibus subnixus turbare gentilis nationes promptum haberet. At Claudius nihil ultra scrutatus citis cum militibus tamquam opprimendo bello [Rufium] Crispinum praetorii praefectum misit, a quo repertus est apud Baias vinclisque inditis in urbem raptus.*
111. Tac. *Ann.* 11.2.1-2; 3.1: *Neque data senatus copia: intra cubiculum auditur, Messalina coram et Suillio corruptionem militum, quos pecunia et stupro in omne flagitium obstrictos arguebat, exim adulterium Poppaeae, postremum mollitiam corporis obiectante. ... ingressusque defensionem, commoto maiorem in modum Claudio, Messalinae quoque lacrimas excivit. quibus abluendis cubiculo egrediens monet Vitellium ne elabi reum sineret ... Sed [Claudio] consultant super absolute Asiatici flens Vitellius, commemorata vetustate amicitiae utque Antoniam principis matrem pariter observavissent, dein percursis Asiatici in rem publicam officii recentique adversus Britanniam militia, quaeque alia conciliandae misericordiae videbantur, liberum mortis arbitrium ei permisit; et secuta sunt Claudii verba in eandem clementiam.*
112. Dio 60.29.6: ... e (mentre) Claudio stava per liberare Asiatico, Vitellio, per fare un favore a Messalina, affermò in una dichiarazione che il prigioniero lo aveva mandato a chiamare al fine di scegliere la maniera della sua morte. Nell'udire ciò Claudio credette che Asiatico si fosse davvero condannato da sé per la sua coscienza sporca ...

113. Svet. *Claud.* 14.2-3: *Ius et consul et extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus sollemnibus, nonnumquam festis quoque antiquitus et religiosis. Nec semper praescripta legum secutus duritiam lenitatemve multarum ex bono et aequo, perinde ut adficeretur, moderatus est. Nam et iis, qui apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones et in maiore fraude convictos legitimam poenam supergressus ad bestias condemnavit.*
114. Svet. *Claud.* 15.1: *In cognoscendo autem et decernendo mira varietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, interdum inconsultus ac praeceps, nonnumquam frivolus amentique similis.*
115. Dio. 60.28.6: Poiché la quantità delle cause era ormai incalcolabile e coloro che si attendevano di perderle non si presentavano, promulgò un proclama in base al quale annunciava che si sarebbe emesso un giudizio contro coloro nel giorno fissato anche se fossero stati assenti; e fece rispettare rigorosamente questa regola.
116. Apoc. 12: *Omnes laeti, hilares: populus Romanus ambulabat tamquam liber. Agatho et pauci cauidici plorabant, sed plane ex animo. Iurisconsulti e tenebris procedebant, pallidi, graciles, vix animam habentes, tamquam qui tum maxime reviviscerent. Ex his unus cum vidisset capita conferentes et fortunas suas deplorantes cauidicos, accedit et ait: «dicebam vobis: non semper Saturnalia erunt».*
117. Svet. *Claud.* 21.4-5: *Fecit et Saeculares, quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempore reservatos, quamvis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegit. Quare vox praeconis irrita est invitantis more sollemni ad ludos, quos nec spectasset quisquam nec spectaturus esset, cum superessent adhuc qui spectaverant, et quidam histrionum producti olim tunc quoque producerentur.*
118. Plin. *Nat. Hist.* 10.2.5: *Cornelius Valerianus phoenicem devolavisse in Aegyptum tradit Q. Plautio Sex. Papinio cos. (= 36 d.C.); allatus est et in urbem Claudii principis censura anno urbis DCCC (= 47 d.C.) et in Comitio propositus, quod actis testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret.*
119. Svet. *Claud.* 22.1: *Quaedam circa caerimonias civilemque et militarem morem, item circa omnium ordinum statum domi forisque aut correxit aut exoleta revocavit aut etiam nova instituit.*
120. Dio 60.29.1-2: Claudio espulse dal Senato alcuni uomini, la maggior parte dei quali non si oppose all'abbandono della propria posizione, rinunciando anzi volontariamente a causa della povertà, e li sostituì con nuovi membri (trad. P. Buongiorno).
121. Tac. *Ann.* 12.23.1-2: *Salutis augurium quinque et septuaginta annis omissum repeti ac deinde continuari placitum. Et pomerium urbis auxit Caesar, more prisco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. Nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, usurpaverant nisi L. Sulla et divus Augustus.*
122. Gell. *N. Att.* 13.14.7: *... erat Aventinum antea, sicuti diximus, extra pomerium exclusum, post auctore divo Claudio receptum et intra pomerii fines observatum.*
123. CIL VI 1231b = 31537b = EDR105762: *Ti. Claudius / Drusi f(iilius) Caisar / Aug(ustus) Germanicus / pont(ifax) max(imus) trib(unicia) pot(estate) / VIII imp(erator) XVI co(n)s(ul) IIII / censor p(ater) p(atriciae) / auctis populi Romani / finibus, pomerium ampliavit terminavitq(ue).*
124. Tac. *Ann.* 11.23.1-4: *A. Vitellio L. Vipstano consulibus (= 48 d.C.) cum de supplendo senatu agigaretur primoresque Galliae, quae Comata appellatur, foedera et civitatem Romanam pridem adsecuti, ius adipiscendorum in urbe honorum expeterent, multus ea super re variusque rumor. Et studiis diversis apud principem certabatur adseverantium non adeo aegram Italiam ut senatum*

suppeditare urbi suae nequiret. Suffecisse olim indigenas consanguineis populis nec paenitere veteris rei publicae. ... An parum quod Veneti et Insubres curiam inruperint, nisi coetus alienigenarum velut captivitas inferatur? Quem ultra honorem residuis nobilium, aut si quis pauper e Latio senator foret? Oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique hostilium nationum duces exercitus nostros ferro vique ceciderint, divum Iulium apud Alesiam obsederint. ... Fruerentur sane vocabulo civitatis: insignia patrum, decora magistratuum ne vulgarent.

125. Tac. Ann. 11.24.7: *omnia, patres conscripti, quae nunc vetustissima creduntur, nova fuere: ... Inveterascet hoc quoque, et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.*
126. Tac. Ann. 11.25.1: *Orationem principis secuto patrum consulto primi Aedui senatorum in urbe ius adepti sunt. datum id foederi antiquo et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant.*
127. Svet. Claud. 18.1, 3: *Urbis annonaeque curam sollicitissime semper egit ... Artiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio Foro a turba conviciisque et simul fragminibus panis ita infestatus, ut aegre nec nisi postico evadere in Palatium valuerit, nihil non excogitavit ad invehendos etiam tempore hiberno commeatus.*
128. Svet. Claud. 20.3-4: *Fucinum adgressus est non minus compendii spe quam gloriae, cum quidam privato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum milia partim effosso monte partim exciso canalem absolvit aegre et post undecim annos, quamvis continuis XXX hominum milibus sine intermissione operantibus.*
129. Svet. Claud. 20.5: *Portum Ostiae exstruxit circumducto dextra sinistraque brachio et ad introitum profundo iam solo mole obiecta. quam quo stabilius fundaret, navem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus, congestisque pilis superposuit altissimam turrem in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent.*
130. Tac. Ann. 11.26.2-3: *Se (= Silio) caelibem, orbem, nuptiis et adoptando Britannico paratum. Mansuram eandem Messalinae potentiam, addita securitate, si praevenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita irae properum. Segniter eae voces acceptae, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram ...*
131. Tac. Ann. 12.1.1: *Caede Messalinae convulsa principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligerit uxorem Claudio, caelibis vitae insolenti et coniugium imperiis obnoxio. Nec minore ambitu feminae exarserant: suam quaeque nobilitatem formam opes contendere ac digna tanto matrimonio ostentare.*
132. Tac. Ann. 12.2.3: *At Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret: dignum prorsus imperatoria fortuna stirpem nobilem et familiae <Iuliae> Claudiaeque posteros coniungere; et ne femina expertae fecunditatis, integra iuventa, claritudinem Caesarum aliam in domum ferret.*